Quelle: https://manuscripta.at/?ID=851
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



56

misari fili s. unusquisque ad uxorem proximi sui hi
niebat. Siquid super his non iustitiabo dicit dominus
. Et in gente tali non ulciscetur anima mea. Ascendite
muros eius et dissipate. Consummationem autem nolite
facere. Auferte propagationes eius quia non sunt domini.
Quia iniquitatem Israel et iniquitatem domus
iuda aiit dominus. Negauerunt dominum et dixerunt. Sed et
per nos non uidebit. Gladium et fame non uidebimus. Prophete fuerunt in uento locuti et
non est sermo in eis. Hec ergo euenient illis. Hec
dicit dominus exercituum. Quia locuti estis uerbum istud
ecce ego do uerba mea in ore tuo in ignem et po
pulum istum in ligna et uorabit eos. Ecce ego
adducam super uos gentem de longinquo domus
israel ait dominus. Gentem robustam. Gentem antiquam. Gentem cuius ignorabis linguam. Nec intelliges
quid loquatur. Pharetra eius quasi sepulchrum pa
tens. Uniuersi fortes. Et comedent segetes tu
as. Et panem tuum uorabunt et filios tuos et
filias tuas comedent. Gregem tuum et armenta tua
comedent et uineam tuam et ficum tuam. Et con
terent urbes munitas tuas in quibus tu es fiducia gla
dio. Verumtamen in diebus illis ait dominus. Non faciam uos
consumare omnem. Et si dixeritis quare fecit nobis do
minus hec omnia. Dicetis ad eos. Sicut dereliquistis me
et seruistis deo alieno in terra uestra. Sic seruietis
diis alienis in terra non uestra. Annunciate hoc do
mui iacob et audite faciate iuda dicentes.
Audi popule stulte et non habens cor qui habentes oculos non uidetis et aures et non audietis. Me non
timebitis ait dominus. A facie mea non dolebitis.
Qui posui arenam terminum maris preceptum eternum non prete
ribit. Et commouebuntur et non potent. Et turbe
bunt fluctus eius et non transibit illum. Populo autem huic
factum est cor incredulum et exasperans. Recessit
et abiit. Et non dixerunt in corde suo metuamus
dominum deum nostrum. Qui dat nobis pluuiam tempo
ralem et serotinam in tempore suo plenitudinem an
nue messis custodientem nobis. Iniquitates
nostre declinauerunt hec et peccata nostra prohibuerunt
bonum a nobis. Quia inuenti sunt in populo meo impii insidi
antes qui aucupes longos ponitis et pedicas ad
capiendos uiros. Sicut capsula plena auibus sic
domus eorum plene dolo. Ideo magnificati sunt et ditati in
crassati sunt et impinguati et preterierunt sermones meos
pessime. Iudicium iudicauerunt iudicium pupilli
non direxerunt et iudicium pauperum non iudicauerunt. Numquid
super his non iustitiabo dicit dominus aut in gente hiusmodi
non ulciscetur anima mea. Stupor et mirabilia facta sunt in
terra. Prophete prophetabant in mendacio et sacerdotes applau
debant manibus suis et populus meus dilexerit talia.
Et quid fiet in nouissimo eius.

VI

Confortamini filii beniamin in medio uri et
in thecua clangite buccina et super betacha
rem leuate uexillum quia malum uisum est ab aquilo
ne et contrito magna. Speciosae et delicate assimila
ui filiam syon adcedent uicient pastores et greges
eorum figent tentoria in circuitu pascent unus
quisque eos qui sub manu sua sunt. Sanctificate super eam
bellum. Surgite ascendamus in meridie. Ue nobis
quia declinauit dies quia longiores facti sunt umbre ue
spere. Surgite ascendamus in nocte et dissipemus
domos eius. Quia hec dicit dominus exercituum. Cedite lignum
et fodite circum aggerem. Hec est ciuitas uisi
tationis omnis calumpnia in medio eius. Sicut gelida
fecit cisterna aquam suam sic fecit malicia
am suam. Iniquitas et uastitas audiet in ea coram
me semper infirmitas et plagam. Erudire urbem ne forte
recedat anima mea a te. Ne forte ponam te de
serta terram inhabitabilem. Hec dicit dominus exercituum. Usque
adquaque colligent quasi in uinea reliquias israel. Mit
te manum tuam quasi uindemiator ad cartallum. Cui
loquar et quem testabor ut audiat. Ecce incircumcise
aures eorum et audire non possunt. Ecce uerbum domi
ni factum est eis in opprobrium et non suscipient illud. Ideo furo
re domini plenus sum laborauit sustinens. Effunde
furorem tuum super filios paruulos et super iuuenum simul
. Uir cum uxore capietur et senes cum plenos dierum
et transibit domus eorum ad alios agros pariter et uxores
quia extendam manum meam super habitantes terram.